A

2

Docs Sueltos 1382

Este es el acto de la fun-
dacion de los Beneficios
que la cofradia de nra. señora
y patrona que posehe el
uno mossen pedro pa[illegible]
y el otro [illegible]
[illegible]erte del doctor [illegible]

[illegible]

[illegible]te del [illegible]

(1683-2)

74

Quoniam decet quemque christianum in huius mundi languore aliqua agere que prosint sibi in eterna requie, ideo nos Garsias gratia Dei Cesaraugustanensium episcopus cum assensu canonicorum et clericorum pro remedio animarum parentum nostrorum nec non predecessorum successorumque nostrorum duximus fore idoneum et salubre consilium ut monasterium beati Iohannis Baptiste de Pinna habeat libere et ingenue omnes ecclesias parrochiatenses quas in episcopatu Cesaraugustano adquisierat cum omnibus decimis et primitiis et quartis et reditibus suis et cum omnibus directuris aliis, sicut in carta donationis bone memorie Sancii episcopi Cesaraugustanensis predecessoris nostri plenius sunt concessa. Et habeat etiam ecclesias non parrochiatenses quas adquisierat liberas similiter et ingenuas. Et decimas quoque alodiorum omnium suorum quas ubicumque adquisierat in supradicto episcopatu similiter sibi liberas et ingenuas etiam concedimus, ita ut nullus rex, nullus episcopus, nullus archidiaconus, nulla secularis vel ecclesiastica persona audeat prefatum monasterium pro rebus sibi concessis super inquietare. Sinodum vero clericorum earundem ecclesiarum parrochiatensium concedimus ut abbas una cum decanis suis exquirat et faciat. Crisma vero necnon monasterium accipiat ab episcopali sede et distribuat per decanos suos. Clerici autem parrochiarum a monasterio accipiant et misterium sui habeant [illegible] in parrochiis faciant. Et ut huius nostre scriptionis perpetua sit firmitas, hanc cartam donationis atque corroborationis ad honorem Dei et ad sustentationem religiosorum monachorum in supradicto monasterio Deo militantium fieri iussimus. Hec ergo omnia superius concessa libera et ingenua prefato loco eterne retributionis nomine in memoriam devotam mente concedimus ad stipendium fidelium monachorum ibi Deo servientium, ita ut nullus nostrorum successorum aut ulla persona audeat quicquam de supradictis auferre beato Iohanni Baptiste de Pinna, quod siquis fecerit gladio maligno feriatur. Amen.

Facta carta donationis et confirmationis in era T. C. XX. in mense Iunio apud Iaccam, in presentia gloriosi domni regis Sancii Cesaraugustensis et domni Sancii abbatis sancti Iohannis de Pinna omniumque canonicorum et clericorum.

Ego Sancius scriptor iussione domni mei episcopi hanc cartam scripsi.

2

GOBIERNO DE ARAGON

Quoniam decet quemcumque christianum in huius mundi latebris talia agere, que prosint sibi in eterna requie, ideo nos Garsias gratia Dei Aragonensium episcopus, cum consensu canonicorum et clericorum, pro remedio animarum parentum nostrorum nec non predecessorum successorumque nostrorum, duximus fore idoneum et salubre consilium, ut monasterium beati Iohannis Babtiste de Penna habeat liberas et ingenuas omnes ecclesias parrochitanas, quas in episcopatu Aragonensi adquisierat, cum omnibus decimis et primiciis et quartis et redditibus suis et cum omnibus directuris aliis, sicut in carta donacionis bone memorie Sancii episcopi Aragonensis predecessoris nostri plenius sunt concessa. Et habeat etiam ecclesias non parrochitanas, quas adquisierat, liberas similiter et ingenuas. Et decimas quoque alodiorum omnium suorum, quos ubicumque adquisierat in supradicto episcopatu, similiter sibi liberas et ingenuas esse concedimus, ita tamen ut nullus rex, nullus episcopus, nullus archidiaconus, nullaque secularis vel ecclesiastica persona audeat prefatum monasterium pro rebus sibi concessis super inquietare. Sinodum vero clericorum earundem ecclesiarum parrochitanarum concedimus ut abbas una cum decanis suis exquirat et faciat. Crisma vero necessarium monasterium accipiat ab episcopali sede et distribuat per decanos suos. Clerici autem parrochiarum a monasterio accipiant et ministerium suum habentes in parrochiis faciant. Et ut huius nostre scribcionis pateat causa, hanc cartam donacionis atque corroboracionis ad honorem Dei et ad sustentacionem religiosorum monachorum in supradicto monasterio Deo militancium facere studuimus. Hec ergo omnia superius concessa libera et ingenua prefato loco eterne retribucionis nos in memoriam devota mente concedimus ad stipendium fidelium monachorum ibi Deo servientium, ita tamen ut nullus nostrorum successorum aut ulla persona audeat quicquam de supradictis auferre beato Iohanni Babtiste de Penna, quod si quis fecerit gladio maligno feriatur. Amen.

Facta carta donacionis et confirmacionis in era T. C. XX. in mense Iunio apud Iaccam, in presencia gloriosi domini regis Sancii Aragonensis et domni Sancii abbatis Sancti Iohannis de Penna, omniumque monachorum et clericorum.

Ego Sancius scriptor iussione domini mei episcopi hanc cartam scripsi.

2

14 en

Registrata [illegible]

(842-1)

1ª lig

Caja 30-1

1082, [illegible]

Privilegio del obispo de
Jacca de la libertat de
las yglesias y de la justi
tia de los clerigos y
de la exceptio de la cris
ma

Privilegium Libertatis Ecclesiarum
et Justitie Clericorum et Chrismatis

Caxa — 4

Ligar. — 4

Num. — 14

Reg. — 1145

GOBIERNO DE ARAGON

14 on

Pagina [illegible]

.1. lig

Caxa 30-1

(842-1)

1082, [illegible]

Preuilegio del obispo de Roda de la libertat de las yglesias y de la justicia de los clerigos y de la exceptio de la crisma

Priuilegium Libertatis Ecclesiarum et Justitie Clericorum et chrismatis

Caxa — 4

Ligar — 4

Num. — 14

Pa — 1145

a natura institutum [illegible] nimis probatum fuisse haud ambigendum est. [illegible] enim nostre [illegible]
hanc quercus, hinc olea et reliqua insignia laudum et splendoris emula admixta sunt. cui[illegible]
lium generis sub vestro auspicio dimicancium imitamur ne magnanimorum hominum facta cetera
que in exaltacionem nostre sancte fidei ortodoxe fecistis et perexistis in plurimis obsidionib[us]
tis et exercitus nostre deseruerint obsidionem quam tenebant contra oppidum nostrum
generosum clarissima magnificorum [illegible] et attavorum vestigia sequentem in hac publica
Immediate bellum congeri sperabatur eo quo solemque modo in vere laudis testimonium [illegible]
ense auratis calcaribus et ceteris insignibus quibus milites strenui ac fortes a regibus ornatis [illegible]
et procerum conventu de aurato ense evaginato et ritu hispano galeam capite vestro t[e]xta pre[illegible]
mis et excellentissimis regibus regumque primogenitis illustrissimis ducibusque marchionib[us]
honoremque vos promovisse. In quorum testimonium presens fieri iussimus nostro secreto sigill[o]
Castelle et legionis tricesimo, Aragonum vero et aliorum vicesimo quinto. Granate autem duod[ecimo]

S[illegible]

Dns Rex mandavit mihi Johanni
Gonçales de Villa Semplíz vis. R.
thesaurarius et [illegible] generalis

Iudicum secreti sigilli [illegible]

[illegible] cxxxxij

2 tapas